Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Apud hebreos liber Judith inter agyographa legitur cuius auctoritas ad roboranda illa que in contencionem veniunt minus ydonea iudicatur. Chaldeo tamen sermone conscriptus inter hystorias computatur. Sed quia hunc librum synodus nycena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse acquievi postulacioni vestre ymmo exactioni et sepositis occupacionibus quibus vehementer artabar huic unam lucubraciunculam dedi magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem viciosissimam amputavi sola ea que intelligencia integra in verbis chaldeis invenire potui latinis expressi. Accipite Judith viduam castitatis exemplum et triumphali laudis perpetuis eam preconiis declarate. Hanc enim non solum feminis sed et viris imitabilem dedit qui castitatis eius remunerator virtutem talem tribuit ut invictum omnibus hominibus vinceret et insuperabilem superaret.

Explicit Prologus. Incipit liber Judith. I.

Arphaxat itaque rex medorum subiugaverat multas gentes imperio suo et ipse edificavit civitatem potentissimam quam appellavit ecbathanis ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius in altitudine cubitorum septuaginta et in latitudine cubitorum XXX turres vero eius posuit in altitudinem cubitorum centum. Per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spacio tendebatur posuitque portas eius in altitudine turrium et gloriabatur quasi potens in potencia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum.

Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex assyriorum qui regnabat in Ninive civitate magna pugnavit contra arphaxat et optinuit eum in campo magno qui appellabatur ragau circa eufraten et tygrim et hyadas in campo ~~erioch~~ erioch regis ~~duce~~ elicorum. Tunc exaltatum est regnum nabuchodonosor et cor eius elatum est et misit ad omnes qui habitabant in cilicia et damasco et lybano et ad gentes que sunt in carmelo et cedar et inhabitantes galyleam in campo